

Psalmus responsorius

Ps 112, 1-2. 4-6. 7-8 (R̄.: cf. 1a & 7b)

R̄. Laudáte Dóminum, qui érigit páuperem.

vel:

Allelúia

¹ Laudáte, púeri Dómini,
laudáte nomen Dómini.

² Sit nomen Dómini benedíctum
ex hoc nunc et usque in sáeculum. R̄.

⁴ Excélsus super omnes gentes Dóminus,
super cælos glória eius.

⁵ Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat

⁶ et se inclínat, ut respíciat in cælum et in terram? R̄.

⁷ Súscitans de terra ínopem,

de stércore érigens páuperem,

⁸ ut cóllocet eum cum princípibus,
cum princípibus pópuli sui. R̄.